

div. præsidium, quia ἡ τῶν ἀνθρώπων ἐπιμερία
 sæpissime est σηκίνη, imo non ficulnea tan-
 tum, verum etiam vix vitrea aut lutea. Sal-
 vere te jubet tota mea familiola. Academia
 nostra multos habet florentes & bene mo-
 ratos nobilesque hospites. Sed annonæ in-
 gens pretium. Dei beneficio Ecclesia indies
 melius habere incipit. Saluta meo nomine
 Dn. Philip. Camerarium, Durnhoferum,
 Hellingium & alios bonos. (c) Bene & feli-
 citer Vale. Basileæ 24. Octobr. 1586.

EPISTOLA XLVIII.

S Vir clarissime & Ornatiss. Memini Phil.
 Melanctonem, literis ad patrem meum
 bonæ memoriæ, Th. Grynæum scriptis, & e
 conventu, qui A. 1557. in Vangionum ur-
 be (a) celebratus fuit, opera fratris mei
 Theo-

(c) hoc est *Philippi* discipulos ejusque fautores, qui-
 bus ceteri in Ecclesia Noribergensi adversaban-
 tur.

(a) est hoc colloquium Wormaciense, habitum
 1557. præside *Julio Pflugio* per Theologos pro-
 testantes & Pontificios illo tempore celebres. Ar-
 ticuli XXII. fuerunt propositi, & inter alia articu-
 lus de P. O. proponebatur. Cum vero de eventu
 dubitarent Pontificii, eam excogitarunt fraudem,
 ut e protestantibus exigere apertam confessio-
 nem, quosnam damnarent distincte per suos arti-
 culos?